Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De civitate dei

Augustinus, Aurelius

[Freiburg im Breisgau], 1494

Aurelij Augustini hipponensis episcopi in libros de civitate dei. argumentum operis totius

urn:nbn:de:bsz:31-313420

Visual Library

Aurelij Auguſtini hipponenſis
epiſcopi in libros de ciuitate dei·ar
gumentū operis totius ex libro re
tractationum·

i [P]Reterea cum roma go=
thoꝝ irruptione: agen
tiū ſub rege halarico
atqꝫ ipetu magne cla=
dis euerſa eſt: ei⁹ euer
ſionē deoꝝ falſoꝝ mu
torūqꝫ cultores: quos
vſitato nomine paga=
nos vocamus: in xpianam religio=
nem referre conantes: ſolito acer
bius ⁊ amari⁹ deū verum blaſphe=
mare ceperunt Unde ego exarde
ſcens zelo domus dei: aduerſus eo
rū blaſphemias vel errores: libros
de citate di ſcribere inſtitui Q̄d o=
pus per aliquot annos me tenuit:
eo ꝙ alia multa intercurrebant: q̄
differre non oporteret: ⁊ me prius
ad ſoluendum occupabāt· Hoc au
tem de ciuitate dei grande op⁹ tan
dem·xxij·libris eſt terminatū: quo
rum quinqꝫ primi eos refellūt qui
res humanas ita proſperari volūt
vt ad hoc multoꝝ deorum cultum
quos pagani colere conſueuerunt
neceſſariū eē arbitrentur: ⁊ q: pro
hibentur mala iſta exoriri atqꝫ abū
dare contendunt· Sequentes au
tem quinqꝫ aduerſus eos loquun=
tur qui fatentur hec mala: nec de=
fuiſſe vnq̄: nec defutura mortali=
bus ⁊ ea nunc magna: nūc parua:
locis: temporibus: pſoniſqꝫ variari·
Sed deorum multorum cultū quo
eis ſacrificatur: ꝓpter vitā p⁹ mor
tem futuram eſſe vtilem diſputant
His ergo·x·libri duę iſte vane opi
niones chriſtiane religioni aduer=
ſarie refelluntr· Sed ne quiſq̄ nos
aliena tantum redarguiſſe: nō au=
tem noſtra aſſeruiſſe reprehende=
ret: id agit pars altera operis hu=
ius: que·xij·libris cōtinetur· Quā=
q̄ vbi opus eſt: ⁊ in priorib⁹·x· que
noſtra ſunt aſſeramus: ⁊ in·xij· po
ſterioribus redarguamus aduer=
ſa· Duodecim ergo librorum ſeq̄n
tium primi quattuor continent ex
ortum duarum ciuitatum quarum
eſt vna dei: altera huius mūdi· Se
cundi quattuor excurſum earum
ſeu procurſum· Tertij vero qui et
poſtremi debitos fines· Ita omēs
xxij·libri cum ſint de vtraqꝫ ciuita=
te ꝯſcripti: titulum tñ a meliore ac
ceperunt: vt de ciuitate dei potius
vocarentur· In quorum decimo li
bro non debuit pro miraculo poni
in abrae ſacrificio flammam celit⁹
factam inter diuiſas victimas cu=
curriſſe: quoniā hoc illi in viſione
monſtratū eſt· In·xvij·libro q̄d di=
ctum eſt de ſamuele non erat de fi=
lijs aaron: dicendum potius fuit:
non erat filius ſacerdotis· Filios
quippe ſacerdotum defunctꝭ ſacer
dotibus ſuccedere magis legitimi
moris fuit· Nam in filijs Aaron re=
peritur pater ſamuelis: ſed ſacer=
dos non fuit: nec ita in filijs: vt euꝫ
ipſe genuerit aaron: ſed ſicut om=
nes illius populi dicuntur filij iſrl·

Incipiūt capitula libri primi de
ciuitate dei beati auguſtini epi·

i De aduerſarijs nōis chriſti
quibus in vaſtatione vr=
bis propter chriſtum bar=
bari pepercerunt victis·

ij Q: nulla vnq̄ bella ita geſta
ſunt vt victores ꝓpter de
os eorum quos vicerant
parcerent victis

iij Q: imprudenter romani de
os penates qui troiam cu
ſtodire non poterant ſibi
crediderunt ꝓfuturos·

iiij De aſylo iunonis in troia ꝙ
neminem liberauit a gre
cis: ⁊ baſilicis apoſtolorū
que omnes ad ſe cōfugiē
tes a barbaris defenderīt

v De generali conſuetudine
hoſtium victas ciuitates
euertentiū quid cato ſen
ſerit·

vj Q: ne romani quidem ita vl
las ceperunt ciuitates vt
in templis earum parce=
rent victis·

vij Q: in euerſione vrbis q̄ aſpe
re geſta ſunt de conſuetu